



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ferreolus M. 18. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. FERREOLUS M. 18. Septembris.

**A**nnum à Christi ortu tertium supra trecentesimum victoriis suis nobilis fecit. **FERREOLUS**, non tam militum quam Martyrum antesignanus. Hostis, qui cum ei bellandum erat, atroc & versipellis Crispinis Procos fuit, ut qui modo insidias (blandicias) admovit, modo aperto Marte (tormentis) pugnavit. Utraque vel elusit prudenter vel vicit fortiter **FERREOLUS**. Et poterat facile pacem cum hoste componere, si vel semel sacrificasset. Sed maluit suum sanguinem Christo, quam vel alienum Diis improbis litare. Et jam toragmina carnificum vicerat, cum ferro oneratus in carceres triumphans abiit. Inde ruptis cælesti ope vinculis, per sopitas custodias & portas patentes ad Rhodanum evasit, quem cum Angelis succollantibus transinataasset, retractus à fugâ ultimam nobilissimamque pugnam edit. Nam capite D. Iuliani Cominilitis objecto, jussus est aut suam mutare, aut similem expectare sententiam. Ille charrum, caput amplexatus multumque disfaviatus, sanguinem sanguini, caput capiti, tumulumque tumulo sociavit. Hunc ajunt multis post annis D. Marmerti operâ adapertum, **FERREOLI**, & in manibus **FERREOLI**, Juliani caput

Sept.

bris.

upra

obi-

mi-

nus.

, a-

it,

no-

pu-

vel

o-

re,

ait

te-

ta-

a-

l-

s-

t-

;

;

;

;

;

;

;

;

;

;

;

;

19. Sept. VITÆ SANCTORUM. 585  
caput utrumque integrum ostendisse.  
Exemplo vel Græciâ Judice supra omnes  
Pylades & Orestes amico. Ex Surio &  
Pet. de Natal.

Beata esset nostra conditio, si æque D̄eo  
& hominibus vel displicere timeremus, vel  
curaremus placere: si tantum præcepta  
Christi, quantum populi sibila reveremur;  
& si tanti laus quæ ex D̄o est, quanti  
isti de vulgo plausus, emeretur. S. Paulin.  
ep. 31.

S. JANUARIUS CUM SOC. MM.  
19. Septembbris.

V Idit JANUARIUS Beneventanus  
Pont. flammam cælo lapsam caput  
Sosii Diaconi lambere. Eo prodigio ex-  
citatus accurrit, Sosiumque osculis &  
amplexu impeditum Martyrem saluta-  
vit, Martyr etiam ipse futurus. Etenim  
ad annum Christi CCC. XLV. à Ti-  
motheo infurnum tertio jam die succen-  
sum conjectus est. Nimirum qui prie-  
torum olim inter flamas modulos mi-  
rati sunt, magis nunc inter easdem se-  
nem Cygnum JANUARIUM obstu-  
puissent, cui, ut omnibus numeris suis  
constaret musica, voces suas Angeli jun-  
xerunt. Innoxium itaque ex equuleo sus-  
pendi tyrannus imperat. Sed vel omni-  
bus laceratis nervis fortis tamen paruit.  
Iam cum victorem victus ante currum

O o 5

Puteo-